



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Gregorius Papa. Fuga honoris mundani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. GREGORIUS PAPA.

Fuga honoris mundani.

Deus, qui animæ famulitui GREGORII
æternæ beatitudinis præmia contuli-
sti; concede, ut qui peccatorum pon-
dere premimur, ejus precibus subleve-
mur, & instruamur doctrina.

Ora pro Romano Pontifice,



GREGORIUS amplum patrimonium, mortuis parentibus, impendit monasteriis 12 in Sicilia, uno Romæ ædificandis: in hoc factus etiam ipse Monachus. Eum inde educens Benedictus Papa an. 579, Card. Diaconum creavit; Apocrisiarium Constantinopolim misit Pelagius II. Hunc cum pestis, initio Februarii 590, sustulisset; electus ipse ad Pontificatum, nihil non egit, etiam apud Imperatorem, ut onus excuteret. Cumque in speluncam quamdã se abdidisset, visus de super ignea columna latentem prodidit, & 3 Septembris coactus fuit Ordinationem suscipere. Ex hinc annos 13, menses 6, dies 10 sedit, infirma fere semper valetudine; eoq; mirabiliora sunt, quæ plurima dixit, fecit, scripsit; etiam aliquando visus S. Spiritum, columbæ specie assistentem, habere. Obiit an. 604. Defuncti corpus, ante Secretarium sepultum, in Basilica Vaticana Gregorius IV ad propriam ecclesiam transtulit: sed ad priorem revexit Clemens VIII. Paulus autem V in novo Gregoriano oratorio collocavit an. 1608. Vitam, ab Austrore synchrono scriptam, in 4 libro extendit Joannes Diaconus, circa 880

*Quanto magnus es humilia te in omnibus
& coram Deo invenies gratiam. Ecli. 3.*